the claim that a noun in the genitive case signifies something "as principle
of being"; it is this relation to a putative significate which explains
how the genitive can be required by a noun like 'cappa':[23] A noun in the
genitive case signifies in such a way that it can make actual the corre-
sponding potential of 'cappa' to be thus determined. Kilwardby could
thus supply an explanation of why an unattached genitive is peculiar, and
a free nominative is not, though he does not extend his discussion in this
way: The genitive, because of the way it signifies its putative thing, is
an actually specifying expression and requires something to specify; the
nominative is complete in itself, but further specifiable in any of a number
of ways.

It is clear that even charity cannot justify attributing this sophis-
ticated view to Jordanus, whose final word on the matter runs:

> ... constructio obliqui cum nomine non sequitur modum significandi,
> sed significationem; et ita sicut significatio totius inflexionis
> est una, ita constructio.
>   Vel posset dici aliter quod modus significandi est duplex: sub-
> stantialis et accidentalis. Accidentalis adhuc duplex: quidam ab
> intra, quidam ab extra. Ab intra sicut casus, genus et similia quae
> dicuntur intelligi per ipsam vocem; et talem modum significandi
> nomen non exigit. Est autem alius modis significandi ab extra se-
> cundum quod dicimus quod accidit nomini significare rem prout est
> possessio vel prout est conferens alio vel aliquo alio tali modo;
> et gratia talis modi fit exigentia, ut 'cappa Sortis'...[24]

For this difference there are two principle reasons. Kilwardby has a much
more consequent control of the machinery of act and potency and a clearer
sense of the requirements for a scientific explanation on the Aristotelian
model. Perhaps more importantly, because of his literal conception of the
relationship between language and reality, Jordanus turns immediately to
the fact that a putative thing is possessed to explain the whole construc-
tion 'cappa Sortis'. Kilwardby because of his much greater awareness of

---

22. O: 92va.
23. O: 92va-vb.
24. Jordanus, *Notulae*, p.76.

the role of the intellect is drawn instead first to the way in which a
common noun presents its object to the intellect. He is thus able to
find a more convincing explanation of how 'cappa' requires 'Sortis', though
'Sortis' is the more incomplete-looking expression on the face of it.

TEXTS

I. ROBERT KILWARDBY ON PRISCIAN MINOR

MSS: O = Oxford, Corpus Christi 119, ff. 11–125; P = Cambridge, Peterhouse
191, ff. 112–229 (= cod. 191 vol. 2, ff. 1–118).

The text follows O when not otherwise stated. Whenever a reading from P
has been preferred, this is noted in the apparatus. Thus 'quod: quo O'
means that P has 'quod' like the text, whereas O has 'quo'. P readings
not accepted in the text are not noted when they are trivial errors or
of no consequence for the sense. The orthography has been normalized.

\<QUARE IN CONSTRUCTIONE POSSESSIONIS CUM POSSESSORE
MAGIS EXIGIT POSSESSIO POSSESSOREM QUAM ECONVERSO>

/O: 94rA, P: 194rB/ Habito quod nomen exigat ratione possessionis,
quaeritur quare in constructione possessionis cum possessore magis exigit
5 possessio possessorem quam econverso.

      \<1.> Videtur enim quod magis debeat possessor exigere possessionem,
quia propter indigentiam ex parte possessoris est possessio magis quam
econverso.

      \<2.> Adhuc, omnis transitio et motus fit a priore in posterius na-
10 turaliter; sed possessor prior est possessione, quare debet transitus fieri
a possessore in possessionem; sed illud a quo est transitio exigit illud
in quod est, quare possessor debet exigere possessionem.

      \<3.> Adhuc, cum possessor et possessio correlativa sunt, qua ratione
unum exigit alterum et econverso.

15   Sed contra: Ut patet ex habitudine casuum, genitivi proprium est sig-
nificare substantiam ut est principium alterius; sed possessor est ut
principium possessionis, quare debet genitive significari respectu pos-
sionis; et ita exigi debet transitive ab ea et non exigere eam.

---

10 prior: prius O.   12 quod: quo O.   18 ab ea: *om*. O.   exigere:
exigi O.

Adhuc, in omni ordinatione rerum a posteriori incipit dependentia et comparatio et non a priori -secundum enim semper ponit primum, et non econverso-; sed possessor naturaliter[5] prior possessione; quare a possessione incipit dependentia et non a possessore, quare eodem modo erit et

5 de exigentia.

Adhuc, possessio naturaliter inclinatur ad possessorem tanquam ad regentem et conservantem ipsam et non econverso, quare possessio exigit possessorem et non econverso.

Et iuxta hoc quaeritur quare non est aliqua constructio genitivi ab

10 exigentia possessoris, sicut ab exigentia possessionis, et si sic, quae sit et quomodo fiat.

Et dicendum quod possessio naturaliter est posterior possessore, et ideo ab ipsa est dependentia ad possessorem secundum quod huiusmodi et non econverso; et ideo exigit possessio possessorem potius quam econverso

15 – in omni enim ordinatione rerum secundum est comparatum secundum quod huiusmodi et primum absolutum secundum quod huiusmodi.

<1.> Ad primum obiectorum dicendum quod constructio non sequitur ipsas res, sed modos rerum et intellectus earum, quare licet possessio requiratur propter indigentiam possessoris, tamen quia nomen significat sub-

20 stantiam cum communi qualitate specificanda per substantiam possessoris, et quia possessio posterior est possessore, ideo concomitatur dependentia nomen possessionis etsi non possessoris; et ideo exigit possessio magis quam possessor.

<2.> Ad secundum dicendum quod motus et transitio naturae est a

25 priori in posterius ut a principio in principiatum: sed aliter est de transitione et motu rationis quae dicitur constructio transitiva -haec enim transitio non est nisi propter inclinationem et dependentiam inventam cum altero constructibilium, unde quia dependentia concomitatur id quod posterius est secundum naturam et non id quod prius est, ideo transi-

30 tio rationis in construendo debet fieri ab eo quod est posterius ad id quod est prius et non econverso.

<3.> Ad tertium dicendum quod correlativorum se habentium secundum prius et posterius, posterius essentialiter ad primum refertur, sed primum

3 naturaliter: est add. P.   7 ipsam: ipsum O, om. P.   10 quae: qua O. (?, ex quad correctum, ut videtur).   18 intellectus: intellectos O. 19-20 substantiam: possessionem OP.   20 specificanda: vel specificata P. 21 dependentia: -am O.   22 etsi: sed P.   25 ut: nec O a.c., et O p.c.

non nisi per accidens ad posterius, ut in hiis scilicet: sensu et sensibi-
li, scientia et scibili, mensura et mensurato, et huiusmodi. De numero
autem talium sunt possessor et possessio, ut possessio essentialiter habet
relationem et dependentiam ad possessorem, sed non econverso nisi per ac-
5   cidens /O: 94rB/ et ideo possessio in ratione possessionis potius exigit
quam possessor ratione possessoris.

     Ad id quod iuxta hoc quaerebatur, dicendum forte secundum quosdam
quod sicut prima constructio genitivi est ab exigentia possessionis secun-
dum quod talis est, sic secunda constructio genitivi est ab exigentia pos-
10 sessoris. Sed puto quod hoc non sit verum. Quamvis enim in secunda con-
structione nomen exigens designet possessorem, ut hic 'mulier egregiae for-
mae', non tamen exigit ex vi possessoris; et ideo potest dici quod nulla
constructio genitivi fit ab exigentia possessoris secundum quod possessor
est, quia dependentia quae est inter possessorem et possessionem incipit
15 a possessione et non a possessore secundum quod prius determinatum est ...

<center><DE CONSTRUCTIONE NOMINIS CUM OBLIQUO></center>

     /O: 92rA, P: 192rB/ Dubitatur hic primo de constructione nominis
cum obliquo per quam naturam haec fit, secundo quare necesse est verbum
substantivum vel eius participium poni in tali oratione vel subintelligi.
20 De primo quaeritur de natura exigentiae, primo ex parte nominis exigentis,
et procedatur sic:

     Quando nomen exigit obliquum, aut exigit ipsum ratione significatio-
nis aut ratione alicuius accidentis suae significationi; non ratione ali-
cuius accidentis significationi, ut videtur, quia videmus quod nomen exi-
25 gens sub diversis casibus, diversis generibus et diversis numeris et hu-
iusmodi accidentibus diversis ordinatur cum eodem nomine penitus exigendo
ipsum —verbi gratia, bene dicitur 'famulus Sortis' et 'famulum Sortis' et
'famulis Sortis' et 'famula Sortis'; sed haec non possunt fieri si ratione
alicuius accidentis nomini exigenti exigeret obliquum.
30   Sed forte dicit aliquis quod est dupliciter accidens in tali nomine:
unum ab intra —et hoc non facit exigentiam, sicut casus aut genus etc. —;

---

3 ut: unde P.   10 enim: *om.* O.   secunda: *om.* O.   18 fit: sit P.
20 de^2: *om.* O.   23 suae: alicuius sue O. (*sed ex corr., ut vid.*)
27-28 famulum - et: *om.* O.   28 famula: familiam O, familia *(?)* P.
haec - fieri: hoc esse non posset P.   si: *om.* O.   29 alicuius: *om.* O.
30 dupliciter accidens: dupliciter antecedens O, duplex accidens P.

aliud ab extra, sicut nos dicimus quod accidit nomini significare illud
quod est alterius possessio vel adquisitum vel huiusmodi, et gratia talis
accidentis fit exigentia, quia cum dico 'cappa Sortis', haec dictio 'cappa'
significat rem possessam a Sorte; et ideo exigit genitivum designantem
5   possessorem, scilicet 'Sortis'.

    Sed contra: contingit illam rem cui accidit quod sit possessio de-
monstrari per pronomen sicut significari potest per nomen. Si igitur no-
men significans talem possessionem propter habitudinem possessionis exi-
geret obliquum, similiter et pronomen significans et demonstrans eandem
10 eundem obliquum exigeret −utrobique enim rei significatae accidit habitu-
do possessoria; quare sicut bene dicitur 'cappa Sortis', sic bene dicetur
'illa Sortis' demonstrando cappam, quod falsum est. Relinquitur igitur
ex hiis quod nomen non exigit obliquum praecise ratione accidentis; vide-
tur igitur quod ratione significationis. Et hoc confirmatur a simili per
15 hoc quod omnia alia exigentia obliquum −scilicet et verba et participia,
− gratia significationis exigunt, et quia talis constructio est ex parte
post cum obliquo et nos invenimus omnes partes exigentes ex parte post a-
liquem casum, seu transitive seu intransitive, exigere per naturam signi-
ficationis.

20 Deinde procedatur sic: Si nomen exigit obliquum ratione suae signi-
ficationis, cum non significet nisi substantiam aut qualitatem, aut erit
haec exigentia primo et per se ratione substantiae aut ratione qualitatis.
Et haec est divisio sufficiens, /O: 92rB/ quia quamvis dicatur quod nomen
exigit ratione utriusque, hoc erit ita quod primo sit ibi exigentia propter
25 alterum scilicet propter substantiam aut qualitatem. Quod non exigat ra-
tione substantiae videtur per hoc quod tunc communicaret tam pronomen quam
participium illam constructionem cum nomine, et hoc est quia omnia tria
significant substantiam.

    Adhuc, substantia per se non habet respectum neque dependentiam ad
30 alterum secundum quod huiusmodi, sed ab ipsa dependent alia; ergo cum no-
men exigens obliquum exigat ipsum propter respectum et dependentiam quam
habet ad alterum, videtur quod non exiget ratione substantiae.

    Adhuc, substantia non exigit substantiam. Cuius signum est, quod
dictum est in primo huius, quod verba substantiva quia significant sub-
35 stantiam uniuscuiusque, ideo relictis pronominibus, quae significant sub-

---

3 haec dictio cappa: *om.* P.   9 significans et: *om.* P.   eandem: pos-
sessionem P.   13 ratione: alicuis *add.* P.   17 nos: non O.
30 dependent: -det O.   34 huius: libro P *(Prisc. Inst. 17.12.77).*
35 uniuscuiusque: utriusque O *a.c.,* cuiusque O *p.c.*

stantiam uniuscuiusque, applicant se ad nomina. Sed obliquum, ut videtur,
exigitur ratione substantiae; cuius signum est, quod nomen indifferenter
exigit obliquum nominis et pronominis et participii sic: 'cappa Sortis...
illius ... legentis'. Ergo nomen exigens non exigit ratione substantiae.
5 Videtur igitur quod ratione qualitatis; aut igitur ratione qualitatis sim-
pliciter aut ratione qualitatis specialis. Sed quod non ratione qualitatis
simpliciter patet per hoc quod nomen proprium non exigit obliquum sicut
nec pronomen –non enim bene dicitur 'Burnellus Sortis', sicut bene dicitur
'asinus Sortis' –, quare sequitur quod ista exigentia debeatur qualitati
10 communi. Et quia qualitas communis quandoque designatur substantive et
quandoque adiective, et utraque construitur cum obliquo exigendo ipsum –
bene enim dicitur 'sapiens illius rei' et 'commodus illi' et 'albus pedem'
et 'albus colore', et iterum bene dicitur 'sapientia Sortis' –, propterea
non attribuenda est haec exigentia /P: 192vA/ qualitati substantivae no-
15 minis tantum neque qualitati adiectivae tantum, sed qualitati communi sim-
pliciter. Sic igitur videtur haberi causa exigentiae ex parte nominis
exigentis quare obliquum exigit.

Sed modo dubitatur super hoc. Videtur enim quod haec causa non sit
vera; videmus enim pronomen construi cum genitivo cum tamen nullam signi-
20 ficet qualitatem, ut 'hoc horum', 'ego meorum' et 'hi horum albi sunt,
illi nigri'.

Adhuc, videtur quod proprium nomen possit obliquum exigere sic: pro-
pria qualitas dupliciter potest significari: aut enim significatur per
significationem eius in materia propria, et sic significatur nomine uno
25 ut per hoc nomen 'Sortes' aut per hoc nomen 'Plato'; aut per contractio-
nem formae communis ad materiam, et tunc dicitur per circumlocutionem
sicut 'ille homo', demonstrato Sorte vel quocumque alio. Cum igitur hoc
duplici modo significata potest exigere obliquum, videtur quod ipsa primo
modo significata poterit ipsum exigere; ergo sicut bene dicitur 'ille asi-
30 nus Sortis', demonstrato Burnello, sic bene dicetur 'Burnellus Sortis';
et ita non solum nomen commune exiget obliquum sicut prius dictum est.

Deinde iuxta hoc quaeritur: cum nomen exigat obliquum quare non exi-
git rectum. Adhuc, si nomen exigit solum obliquum, quare solum commune
hoc facit, non autem proprium.

---

1 uniuscuiusque: *om*.O.   5-6 videtur – specialis: *om*. O.   7 non: *om*.O.
sicut: *om*. O.   12 rei: *om*. P.   pedem: pedum O.   14 non: enim O.
15 tantum[2]: *om*. O.   20 horum[1]: orum O.   horum[2]: hominum P *(?)* &
fort. O *a.c.*   23 significari: considerari O.   significatur: signi-
ficabitur O.   25 ut: aut O.   27 sicut: sic O.   28 quod: *om*. O.

Ad primum dicendum quod pronomen cum genitivo non construitur nisi
ab accidenti -construitur enim cum genitivo partitive posito ratione nomi-
nis subintellecti, scilicet 'pars' vel 'numerus' -; est enim sensus 'ego
meorum', id est, ego pars meorum vel de numero meorum, et ita oppositio
5 nulla.

Ad secundum dicendum quod, cum dupliciter significetur propria qua-
litas, tamen per nomen proprium significatur ut propria, per nomen commune
contractum ad materiam non significatur ut propria -immo magis significa-
tur ibi qualitas communis ut in supposito determinato. Et cum repraesen-
10 tetur suppositum illud per pronomen et qualitas per nomen commune, adhuc
illa qualitas manet significata ut communis. Quia igitur ad modos signi-
ficandi refertur constructio et non ad significationes, ideo non construi-
tur nomen proprium cum obliquo sicut eius circumlocutio facta per nomen
commune et pronomen demonstrativum.

15 Ad primum quaesitorum postea dicendum quod una pars exigit aliam du-
pliciter: uno enim modo exigit pars aliud quod non est omnino extrinsecum
ab ea, sed quoddammodo intrinsecum secundum intellectum, et sic exigit
verbum personale casum ex parte ante; et quia illud quod sic exigitur non
est omnino extrinsecum ab exigente, ideo constructio et exigentia talis
20 est intransitiva. Alio modo exigit aliud tanquam penitus extrinsecum a
se ipso et diversum, sicut verbum exigit casum obliquum ex parte post; et
talis exigentia est semper cum transitione, quia in constructione transi-
tiva sunt constructibilia diversa et extrinseca respectu sui vel /O: 92vA/
ut talia. Nomen autem, cum non habeat in se alterius intellectum quod
25 exigat, patet quod semper exigere debet aliquid extrinsecum respectu sui,
quare semper exigere debet tantum transitive et numquam intransitive.
Nominativus autem intransitivus est et obliqui sunt transitivi, quare
nomen non poterit nominativum exigere, sed obliquum tantum.

Ad alterum dicendum quod omne exigens casum exigit ipsum propter ali-
30 quem respectum aut dependentiam in se ipso terminandam; sed nomen proprium
complete terminatum est et in se finitum et neque habet dependentiam ex
parte substantiae neque ex parte qualitatis quia utraque propria est et
individua. Nomen autem commune significat communem qualitatem, quare sem-
per respectum habet ad substantiam determinantem ipsam; et ideo nomen
35 proprium non exigit obliquum, sed commune solum.

---

1 primum: obiectorum *add.* P.   18 verbum personale casum: verbum persona-
le O, *sed* verbum *ex corr.*   25 quod: quia O.   26 tantum: *om.* P.
29 alterum: tertium P.

II. JORDANUS, NOTULAE SUPER PRISCIANUM MINOREM

MSS: L = Leipzig, UB 1291, ff. 1r-96r; M = München, BSB, clm 14476, ff.
17r-62r; V = Venezia, B.Marciana, Lat. XIII.17 (coll. 3912), ff. 1r-52v.

The text is based on L, but occasionally M readings have been preferred.
All L and M readings deviating from the printed text are noted in the
apparatus. Read 'dicuntur: appellantur M' as 'dicuntur L : appellantur M',
'dicuntur: appellantur L' as 'dicuntur M : appellantur L'.
V readings are noted only when used to emend the text of LM.
The orthography has been normalized.

<AN NOMEN SIGNIFICANS POSSESSIONEN RATIONE POSSIDENDI
EXIGIT GENITIVUM SIGNIFICANTEM POSSESSOREM>

/L: 72vB, M: 51rA/ Hic quaeritur an nomen significans possessionem
ratione possidendi exigit genitivum significantem possessorem.

5   Et videtur quod non.

      <1.> Possessiva significant possessionem -significant enim aliquid
ex hiis quae possidentur; sed ipsa genitivo non construuntur -nihil enim
est dictu 'Euandrius Euandri' /L: 73rA/ vel 'Euandrius istius'; ergo re-
gula praedicta est falsa.

10   Ad idem, si ea quae significant possessionem construuntur ratione pos-
sessionis, ergo illa quae significant illud quod primo possidetur et prin-
cipaliter <***> - commune enim non possidetur nisi in suo singulari; ergo
talia nomina primo construentur genitivo, quod falsum est.

      <2.> Item, omnis exigentia est propter indigentiam; sed possessor
15 plus indiget possessione quam econverso; ergo possessor plus exiget pos-
sessionem quam econverso.

      <3.> Ad idem, omnis motus et transitio est naturaliter a priori in
posterius; sed possessor prior est possessione sua; ergo transitio est a
possessore in possessionem; sed a quo est transitio exigit illud in quod
20 est transitio, quare possessor exiget possessionem et non econverso.

7 non: *supra lin.* L.   8 est: *om.* L.   dictu: dictum M.   Euandrius
Euandri: euandrius filius euandrii M; *fort.* Euandrius equi *scribendum coll.*
Simonis Daci Quaestionibus super 2º Minoris Prisciani (CPhD III) 125.19.
  vel: et L.   istius: illius M.   10-13 Ad - falsum est V: *om.*LM.
11-12 principaliter *scripsi*: princiem V.   12 <***>: *verborum quae exci-*
derunt sensum ex responsione inferius data intellegas.   14 omnis: endus
vel sim. L.   indigentiam: exigentiam M *a.c.*   15 possessione: vel
(?, supra lin.) plus possessore *(?) add.* M.   15-16 ergo - econverso:
bis scripsit M.   15 exigit M.   18 prior - sua: est prior sua posses-
sione M.   est: *om.* M.   19 quod: quo M.   20 quare: quia M.   posses-
sor: possessionem L.   exiget: exigit M.

Sed contra: in omni ordine rerum incipit dependentia et comparatio a posteriori et non a priori —posterius enim semper ponit prius et non e-converso; sed possessor naturaliter prior est possessione; quare a possessione naturaliter incipit dependentia et non a possessore; quare similiter
5 exigentia incipit a possessione, cum exigentia sequitur dependentiam.

Ad idem, sicut est in essendo, sic debet esse in significando; sed sic est in essendo quod possessor est principium generativum et conservans suae possessionis; ergo et sic debet significari; sed genitivus significat per modum principii generantis et conservantis; ergo cum nomine
10 significante possessionem possessor significari debet per genitivum. Et hoc concedo.

<1.> Ad primum in contrarium dicendum quod quaedam eorum quae significant possessionem significant cum possessore, quaedam sine possessore. Cum possessore significant ut 'Euandrius' et consimilia quae dicuntur pos-
15 sessiva. Possessionem sine possessore significant ut 'asinus', 'cappa' et similia. Eorum vero adhuc quae significant possessionem sine possessore, quaedam sunt communia, ut 'asinus', quaedam propria ut 'Burnellus'. Omnia ergo illa quae significant possessionem cum possessore non exigunt genitivum significantem possessorem, quia nulla pars exigit in construendo
20 illud quod est pars suae significationis. Similiter propria, etsi significant illud quod possidetur, non tamen exigunt; et hoc ideo quia non significant per modum artabilis et terminabilis. Est ergo regula sic intelligenda: omne nomen commune significans possessionem sine intellectu possessoris exigit possessorem ratione possessionis.

25 <2.> Ad secundum dicendum quod constructio non sequitur ipsas res, sed modos rerum et intellectus earum, quare licet possessor indigeat possessione et non econverso, tamen quia nomen significat possessionem cum communi qualitate specificanda per substantiam possessoris, et quia possessio posterior est possessore, ideo dependentia sequitur nomen posses-

---

2 a²:*om.* M.   posterius: haec M.   ponit: ponitur M.   prius: principium M *a.c.*, primum M *p.c.*   3 quare: quia M.   6-7 sic – essendo: *in mg.* L.   6 debet esse: erit M.   7-8 conservans: consimile accidens L, consimile acoñs M.   9 principii V: principaliter LM.   generantis: generativi M.   conservantis: conservativi M.   12 in contrarium: *om.* M. 13 possessionem: quaedam possessionem *add.* M.   14 dicuntur: appellantur M.   16 Eorum: illorum M.   possessionem: *om.* L.   20 etsi: et L *a.c.* 21 exigunt: exigit M.   et: *om.* L.   non²: *om.* L.   22 terminabilis: determinabilis M.   25 secundum: tertium M.   28 communi V: omni LM. specificanda: specificando L.   per substantiam possessoris: materiam L *a.c. ut videtur*, personam *(?)* L *p.c.*   28-29 possessio ... possessore: possessor ... possessione M.   29 est: *om.* M.

sionis et non possessoris. In omni enim ordine rerum secundum est /L: 73rB/ comparatum inquantum tale et primum absolutum; et ideo exigit possessio magis quam possessor.

       <3.> Ad aliud dicendum quod motus (et transitio) necessarius est a
5 priori in posterius ut a principio in principiatum; sed aliter est de motu et transitione nominis secundum quod dicitur constructio transitiva – haec enim transitio non est nisi propter respectum et dependentiam inventam in altero constructibilium, unde quia dependentia naturaliter concomitatur id quod posterius est et non id quod prius est, ideo nominis
10 transitio debet fieri in construendo ab eo quod posterius est ad id quod prius est et non econverso.

---

4 aliud: secundum M.   dicendum: *om*. M.   8 quia: quod M.   8-9 con-comitatur: concomitantur L.   9 id[1]: ad M.   quod[2]: posterius est *add. & del*. L.   10 construendo: ab *add. (& del. ?)* M.

PETER AUREOL ON INTENTIONS AND THE INTUITIVE
COGNITION OF NON-EXISTENTS[*]

Katherine Tauchau

The Franciscan Order has memorialized several of its most prominent early members and supporters in the beautiful inlaid-wood portraits of the fifteenth-century choir-stalls of the upper church of St. Francis at Assisi. In the company of saints, of St. Francis' original companions, and of Franciscan popes, are seven friars whose reputation in the order began with their eminence as theologians at the major late thirteenth- and early fourteenth-century studia generalia. The portrait of Peter Aureol (d. 1322) among these theologians remains to remind us of his numerous late-medieval readers' esteem.[1]

By contrast, few modern scholars have recognized the quality of Aureol's thought.[2] In surveys of fourteenth-century intellectual history Aureol is often mentioned merely as a "nominalist" whose teaching proceeded, in general, along the lines John Duns Scotus and William of Ockham laid out. Among Aureol's most sympathetic readers in this century, the late Jan Pinborg took the occasion nearly a decade ago, when analysing Aureol's debate

1. The portraits on the thirty-nine choirstalls, which the author examined in June, 1980, include the following scholars: Nicholas de Lyra, Franciscus Meyronnis, Matthaeus de Aquasparta, Petrus Aureoli, S. Bonaventura, Alexander de [H]ales, Johannes Duns Scotus.

2. Important studies include Dreiling; Vignaux; Boehner (1948); Vanni-Rovighi; Prezioso (1950; 1968); Maier (1967); FitzPatrick; Cova (1976); Weinberg; Adams; and Normore (pp. 369-70).